

**R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère <1543-1623>**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 2. Maiorem excommunicationem priuare etiam actiuia participatione  
Sacramentorum,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78477](#)

municatione q; non obstante, reinebit habilitate suscipientis sacramenta, quam baptismalis character indelebilis illi trahit. Attamen executionem ordinis ignoranter suscepit in excommunicatione, non habet ordinatus: sed statim ac noviter excommunicationem tenet ab eiusdem ordinis viu abstineret ut per cap. Illorum De sententia excommunicationis notat Vgolin. *s. finem sequentibus §. 3. citans alios.*

**A D V E R T E** vero iuxta Nuar. in Enchir. cap. 27. n. 239. excusari posse eum, qui (re existente oculi sima) ad vitam grauem infamiam aut mortis periculum, post debitam contritionem, qua probabilitate credat se restitutum diuinam gratiam, celebraret aut communicaret. Nam nulla alia ratione valenti eiusmodi periculo obuiare, subuenit lex naturalis de fama & vita seruanda. Quia tamen in re valde circumspectum est: oportet: nec in re tanti momenti sibi blandiri; cum non sit dandum sanctum canibus Matth. 7. ille qui habendi sint, tanquam Ethnici & Publicani ex seq. cap. 28.

**A D U E R T E** præterea, quod ut non est licitum excommunicato sacramenta percipere: ita nec licitum esse illa ei ministrare: ut pluribus aliis citatis docet Vgolinus in eodem cap. 7. §. 1. Patetque ex cap. Excommunicamus. 1. §. Credentes, versu Sane Clerici, De hereticis, & ex cap. Episcoporum, De priuilegiis in 6. Excipitur tamen casus in quo ministrans sacramentum ignorat eum cui administrare esse excommunicatum: aut sit quidem excommunicatum esse, sed is est oculos, & publice petit ministrari sibi al. quod Sacramentum, ut Eucharistiam. Nam ne dñmatur, ministrandum est ei: pro quo facit quod Dominus Eucharistiam ministraverit Iudeo proditori, quem cognoscet sumere indigne.

**Q**uarto autem: Au si defuerit ignoratio excusans, excommunicatione reddat sacramenta que excommunicatus recipit, invalida nullaque: ita ut debeant iterari. Respondeendum est ei: ex parte quidem sacramentis certum esse quod excommunicatio non reddit ea invalida (qua de re videri possunt Sot. in 4. dist. 22. q. 1. ar. 1. Nuar. in Ench. c. 27. n. 36. Couar. ad cap. Alma mater 1. par. § 6. n. 5. & 6. Vgolin. in prius cit. §. 2.) ita ut iteranda non sint si nullus alius obex positus sit in illorum sufficietione. De penitentia tamen Sacramento, seu de absolutione sacramentali aliqui dubitationem esse: de qua quid tenendum sit expositionis in fine præced. lib. 6. Cuiquidem expositioni congrueret, atque adeo regule iuris receptissime. Quod poena & odia restringi debant: tenendum est, eo quod hic dicitur excommunicatum passiuam sacramentorum participationem priuari, indicari non quidem, quod sacramenta que excommunicatus receperit sine nulli, sed tantum quod is sub mortali prohibitus sit illa recipere: adeo ut mortaliter peccet illa recipiendo, neque consequatur diuinam gratiam: que est effectus fructusq; potissimum eiusmodi participationis. De qua re Vgolin. in cod. c. 7. §. 3. Ut autem sacramentorum, si & sacramentali participatione sua & tua priuari excommunicatus: quia talium spiritualis fructus pendet ex merito & applicatione Ecclesie, quæ non intendit communib; suis suffragiis ipsum suuare, prout idem author plenius declarat.

## C A P V T II.

*Maiorem excommunicationem priuare etiam actiua participatione Sacramentorum.*

### S V M M A R I V M.

- 5 Non esse licitum excommunicato administrare sacramenta; cum qua moderatione sit accipiendum.
- 6 Quatenus posset excommunicatus etiam non toleratus, sacramenta conferre.
- 7 Collata ab eodem sunt valida, excepto penitentia sacramento, extra mortis articulum collato.
- 8 Observandum de sacramento Ordinis collato ab excommunicato.

**D**E hac priuatione constat ex cap. Illud, §. Licet, De Clerico excommun. ministr. & ex cap. Engeltrudam 3. q. 4. & per rationes quas habet Vgol. De censuris tab. 2. cap. 7. §. 4. Quo fit ut excommunicatus peccet mortaliter administrando sacramenta, prout expressit Couar. ad cap. Alma mater 1. par. §. 6. num. 5. & post ipsum atque alios Vgol. in cit. §. 4. num. 4.

Quod tamquam est cum aliqua moderatione intelligendum. Si enim excommunicatus talis sit, quem ex priuilegio Concilij Constanti, certi non tenetur vitare, & aliquis ab ipso tamquam pastore suo debite postulet sacramentum aliquod sibi conferri, potest conferre abique peccato. Irregularitate ut dicit Sotus in 4. dist. 1. quest. 5. art. 6. profos 6. & dist. 22. quest. 1. art. 4. col. 2. Nuar. in Miscell. 47. D. oratione, n. 3. & alii quorum meminit Henr. quae in 1. par. sua summa lib. 13. cap. 6. l. 5. in margine. Rationes ipsorum sunt: tum quod exceditor possit ab excommunicato suum debitum petere, hincpetenti possit solvere sine peccato: tum quod si Parochus Parochiano petenti sacramenta non possit ea conferre absq; peccato, merito ipse à collatione se subtrahere; & ad confundendum, cum scrupulo solicitaretur ab aliis: quod utrumque alienum estab Ecclesiæ mente consilendi timoratis conscientis ante memoratum priuilegium Concilij Constantiensis. Nec obstat excommunicatum in nullo relaxari per tale priuilegium, ut in eodem exprimitur: quosnam illi in hac re non fauerit in relaxationem, sed in restrictionem: ut cogatur sustinere onus à quo, prætextu excommunicationis poterat se excusare. Aduerre vero talen excusationem à peccato intelligandam esse, de excommunicato per memoratum priuilegium tolerato, quem peccati propter quod excommunicatus est, aliorumque omnium suorum mortaliū peccat: adeo ut nihil aliud obsit ei quam excommunicatione.

**P**ORRO quantumcumque Sacerdos sit excommunicatus de numero vitæ dñmorum, hoc est, vel sit nominatum denunciatus, vel notoriū Clerici percussor, potest, etiam non Parochus, in extrema necessitate, mortis articulo, cum non est alius minister, sacramentum baptismi conferre absq; peccato, ex D. Thoma 3. part. quest. 82. art. 7. ad 2. cts id non possit (iuxta Sylvestrum verbo). Excommunicatione tertio in effetu 22. nisi vt laicus, hoc est, sine solemnitate; cum id sufficiat ad satisfacendum necessitatem. Potest etiam par ratione, dareabsolutionem sacramentalem, prout expofimus in lib. 1. cap. 7. sub initium.

**S**i quis querat, an excommunicatione maior non tantum faciat ut mortaliter peccet excommunicatus Sacra menta conferendo: sed etiam ut collata sint invalida. Respondeatur cum Couarruua in citato num. 5. & sequentibus, atque ex aliis quorum meminit Vgolinus tabul. i prima cap. 13. num. 16. si non sit aliunde impedimentum, Sacra menta collata ab excommunicato, esse valida. Poena enim Ecclesiastica non est, ut Sacra menta ab excommunicato vel suscepita, vel collata irrita sint; sed vt licet & absq; peccato suscipi aut conferri non possint; excepto tamen penitentia sacramento, quod in conferente requirit iurisdictionem, iuxta illud Concilij Tridentini, lss. 4. cap. 7. Verissimum esse synodus haec confirmat: nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam Sacerdos in eum profert in quem ordinariam aut subdilegatam non habet iurisdictionem. **I**m excommunicatus, qui est de numero vitæ dñmorum, caret omnino, si non iurisdictione, sacramentu iurisdictionis, iuxta cap. Ad probandum, De sententia & re indic. Et ratio est ex Diuino Thoma in 4. dist. 1. quest. 2. art. 2. quæsiunc. quia non potest iurisdictione uti nisi communicando cum iis, quos vitare aut à quibus vitari debet ex precepto Ecclesiæ. Proindeque impensa ab ipso absolutione nulla est: quod expofit te nent Nuar. in Enchir. cap. 9. num. 6. Med. Cod. De Confess. quest. 21. Couar. in citato §. 6. num. 7. conclus. 6. Vbi eam esse sententiam omnium annotat. Addens in sequenti conclus. septima id procedere etiam si penitentia ignoraret se taliter excommunicato confiteri; adeo ut postquam habuerit eius rei notitiam teneatur iterare confessionem. Pro cuius limitatione vide dicta in libro primo cap. 10. num. 116. & 117. ac exerce articulum mortis: in quo impensa absolutione etiam ab excommunicato vitando, valida est, prout Nuar. in Enchir. cap. 17. num. 271. vers. 7. bene deducit ex eo quod in Concilio Tridenti loco citato generaliter & ablique exceptione dicatur in Ecclesia Dei semper custoditum fuisse ut nulla sit reseratio in articulo mortis, ideoque omnes Sacerdotes, quoslibet penitentes à quibusvis peccatis & censoriis absoluere posse. Inde enim patet ut præceptum de non furando, sic præceptum de non utendo iurisdictione,

non obligare in extrema necessitate. Pro qua ratione faciunt tracta per Couar ad cap. Alina mater, 1. par. §. 6. num. 8.

8. De sacramento. Ordinis illud peculiariter occurrit hoc loco obseruandum cum Couar. in preceden. num. 6. & aliis, quorum memini Vgolinius lib. 1. cap. 7. §. 4. sub finem: quod et si collatum ab Episcopo excommunicato sit validum, imprimatur charactrem: eum tamen qui illud suscipit, siue faciat, siue ignorat collatorem excommunicatum esse, suspendi ab illius executione donec dispensationem sit consecutus: quam solus Papa dare potest si sciens, aut per ignorantiam crassam suscepit. Siautem per ignorantiam probabilem, a proprio Episcopo; qui in exactu minime deliquerit. Ita Couar. ibidem: pro eo que est textus in cap. Cum illorum, §. final. De sent. excommun. & in cap. tamen primo, quam vlt. n. Deo qui Ordinem fuit: suscepit. Procedit autem iuxta Natura. in Enchir. cap. 27. num. 241. cum collator ipse est ex illis excommunicatis qui vitari debet: quia communicatio cum aliis permititur, etiam in diuinis, pcr Extrauag. Ad etiandem, de qua dicemus in cap. vltimo.

### C A P V T III.

#### Priuare item paſiuas participatione communium precum Ecclesia.

#### S V M M A R I V M.

9. Quod dicitur communis est Ecclesia preciosus quibus maior excommunicatus priuat.  
 10. Difficultas, an excommunicatus per res ipsi centrum, antequam absoluatur, sit pars operis precum Ecclesia.  
 11. Pars negans probabilitatem.  
 12. Quomodo Ecclesia in die veneris sancto oret pro hereticis & similibus: quod Ecclesia preciosus est per ministros pecatores non careant fructu.  
 13. Excommunicatus per penitentiam restitutus d. uina gratia, non priuat fructu sacrificij Missae.  
 14. Oblitionem excommunicati non licet admittere.  
 15. Exceptiones quas id patitur.  
 16. De eo quod excommunicatus proabetur sepe in loco sacro.  
 17. De pollutione Ecclesia per excommunicatinem eius, epulaturam, & de eiusdem reconciliatione.  
 18. De celebrante in Ecclesia taliter polluta: aut donante excommunicatum Ecclesiastica seputuram.  
 19. Excommunicatio lata in spelentes in loco sacro excommunicatum.

9. Ecclesia Catholica sua membra faciet, & ab iniuriis hostium protegit, non modo Sacramentorum sibi, sed etiam precibus. Sicut ergo communis consensus est, excommunicationem maiorem priuare sacramentorum participationem tam aeterna quam passiva: scilicet, quemadmodum habet Couar. ad c. Alina mater prima par. §. 6. n. 2. propos. 2. priuare participationem earum precium quas factas per Clericos, & ministros iunos publicos, Ecclesia Christi fidelibus tanquam membris ex quibus coalescerint, intendit communiter applicari, siue in celebratione Missae, siue in publica resolutione aliorum diuersorum officiorum, siue in publicis supplicationibus, quas vocant processiones. De qua relate in canto §. & duobus preced. Couar. ac post ipsum Vgolinus tab. 2. cap. 9. Intellige vero cum ipso Couar. & aliis quos commemoresco in sequenti §. 7. num. 5. concul. 2. si excommunicatione iusta sit: vel ut clarius loquitur Richardus in 4. distin. 18. artic. 7. quest. 2. iusta de causa inficta sit. In iusta enim de causa inficta, non excludit ab ea generali Ecclesie intentione, quae secundum arbitrium Dei, non secundum arbitrium, & errorem hominum, ex capite. Illud plane, 11. quest. tercia.

10. Quod si quis opponat fieri posse ut excommunicatus resipiscat a peccatis, & per contritionem restitutus gratia Dei, antequam ab excommunicatione, etiam iusta, absoluatur, unde fieri ut tanquam Dei amicus, ac secundum Deum, membrum viuum Ecclesiae, particeps sit bonorum operum eiusdem Ecclesiae. Respondendum est duobus modis: quam distinctionem ex D. Thoma, Adriano & Palud. usurpat Co-

uar. in cit. §. 6. num. 1.) aliquem esse posse participem bonorum operum quae sunt in Ecclesia. Altero ex quadam naturae: nempe quod tanquam viuum Ecclesiae in membris uidetur sit ad participandum bonis, quae mutuo quotidie influxu membra Ecclesiae censemur sibi inuicem communicare hoc nomine, quod iustitia, quod iusti sunt, facilis impetratur, & citius exaudiantur a Deo propter alios, cum quibus charitate & amicitia conjunguntur. Altero modo ex intentione Ecclesiae: quae preces suas per ministros suos communione nomine fidelium ita fundit, ut non intendat ipsis omnibus applicare earum fructus. Quiquidem sunt: tunc satisfaktionis pro peccatis eorum qui iam restituti sunt diuina gratia: tum imperiationis auxiliu ad sanctam conseruationem, & ad defensionem aduersus Demonum incursus, etiam eorum qui adhuc sunt in peccato, atque ad ipsorum conuersationem. Atque isto modo contingit ut precibus Ecclesiae priuetur excommunicatus maiore excommunicatione: quia non intendit Ecclesia, ut is ex talibus precibus fructum vilum percipiat. Quodquidem iacturam dannumque illi adferre, dubium non est considerari, quod superfluum esset peculiari intentione pro aliquo orare, nisi fructum maiorem perciperet ex precibus factis, quam non factis ipsius intentione.

Quidquid igitur dicat Couar. in eodem §. 6. num. 4. (vt ad rem venientiam) tenendum est cum Soto in 4. dist. 22. quist. 1. art. 1. prout tenet Suarez tomo 5. in 3. par. D. Thoma, disput. 9. dist. 3. per respiccionem fine absolutionis, excommunicatum non restituti communium precium Ecclesiae participationi, qua per excommunicationem priuat. Id enim satis aperte deducitur ex cap. Cum desideres, & ex cap. S. cro. De sententia excommunicata. & apertius ex cap. A nobis 2. eod. tit. vbi haec ratio tangitur: quod per penitentiam tollatur contumacia culpa, non autem vinculum excommunicationis, propter eam ab Ecclesia iniectum: quod debet tolli ab ipsa Ecclesia, que illud iniectit. Illudque procedit quantumcumque excommunicatus iurauerit se Ecclesia obtulerit, & partiat: facturum: imo res ipsa satisficerit ut recte Vgolinius nota De censuris tabul. 2. cap. 6. num. 5. per citat. cap. Cum consideres, & rationem propositam. Neque vero illa est in ea reiustitia Ecclesiae, quantumcumque excommunicatus resipuerit, & D. i. amicus sit: sicut nec in supplicio quo afficitur homicida, postquam per cordis concitacionem consecutus est a Deo veniam. Quia de replenis Suarez in citata sect. 3.

ADVERTE autem ex D. Thoma in 4. dist. 18. quist. 2. art. 1. ad 1. Ecclesiam orare quidem in die veneris sancto, pro hereticis, schismaticis, Iudeis, & Pagatis, non tamen orationibus institutis ad fouenda sua membra: sed aliis, quas pro exercitiose fundit, ut diuina misericordia dignetur eos ad penitentiam & veritatem notitiam adducere. De qua re in sequen. cap. 12. lectione 2.

ADVERTE etiam preces communis nomine Ecclesiae factas, etiam per malum ministerium, esse semper cum fructu: quoniam eadem Ecclesia semper est in gratia. Neque obest malitia ministri: sicut nec malitia serui, per quem bonus dominus dat propter Deum eleemosynam, impedit huius meritum.

ADVERTE tertio excommunicationem non priuare fructu sacrificij Missae, excommunicatum per penitentiam diuina gratia restitutum, sicut priuat fructu communium precium: quia enim sacrificium Missae effectum habet tantum in iis qui per fidem & charitatem Christi vniuersit ex D. Thoma 3. par. q. 79. art. 7. ad 2. sicut ut sicut excommunicatus, non ob excommunicationem, sed ob peccatum propter quod in eam incurrit, priuatur charitate: ita etiam priuatur fructu sacrificij Missae: ille vero omnis qui in charitate est, participet eo fructu quantumcumque sit excommunicatus: quod Couar. expressit ad cap. Alina mater par. 1. §. 6. num. 2.

ADVERTE quarto, huc reduci posse, quod habetur ex cap. Sacris, De sententia excommunicata. & bene tractatur ab Vgolinius De censuris, tab. 2. cap. 9. §. 4. Ecclesiae ministros non debet accipere oblatum ab excommunicato, ut diuina officia pro ipso faciant. Quod idem author post alios per ipsum citatos, docet procedere, etiamsi non ille, sed alius pro illo offerat: quia qui per alium facit, per seipsum facere videntur. Item

REGINA  
PRAXIS  
EDRJ Pan  
E.V.